

103n. 12
34.
Homo est
Christo
exaltatus
in
Cruci.
Yer. 32

Eacumini Deus filium suum unigenitum ut possit erigere & iacentem elevare colofum. Unde ille dixit: in cruce oportet exaltari. Oportet, quippe ni exaltaretur, colofus in sempiternum iaceret. Filium adaligavit (dum factus homo) crucis cacumini, ut mors eius apud molientes prodesset lapidi; & inclite claruit opus, dum filius sic exaltatus: equidem quod cecidit in Adamo primo, erigitur in secundo. Ipse praedixit, dum cum crucifixuris disputaret. Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum. Hinc hominis iacentis sublimitas, & exaltantis maiestas: igitur exaltatus in cruce, omnia ad fe (unde venerat) traxisset; hominem simul in optatam erectionem elevavit.

19 Fulget iam exaltatus in cruce & etiam fulget amore. Gloria ex ignominia? Næ, ut ex eius ignominia homo potiretur gloria; & ille ex morte in cruce simul erigere singulare trophæum, propter quod & Deus exaltavit illum: etiam inimici spectabant, in quem furentes, fanatici transfixerunt. Tunc videbunt filium hominis venientem in nube cum potestate magna & maiestate. Unde tanta maiestatis auctoritas, & potestas? Tunc parebit signum filij hominis in caelo. Quis à quo participavit honorem? Videtur Christus per crucem; siquidem ostenditur illa, dum ille apparet in gloria, per quam in Redemptionem (difficile, atque mirabile opus) tantum honorem adeptus: cruxque fulget, ubi Christus in maiestate potestatis splendet; quasi sine ligno crucis, non esset gloria plenissima maiestatis. Gloria eius ex cruce occurrit, dum ad iudicandum venit. Quid igitur iudicandum? Opera hominum: & teste cruce? Teste, simulque censore. Per illam homines non elevaverat? Non usque in aethera secum evexerat? Utique, sed coram illa damnandis quippequam iam elevati, elegerunt iacere. Cavemus Monachi, & semper eius obsequamur voluntati: Ut non solum ut iratus pater (nobis commendat Magister & Legifer N. in Prolog. Regule Sanct.) suos non aliquando filios exhereret; sed nec ut metuendus Dominus irritatus malis nostris, ut nequissimos servos perpetuum tradat ad poenam, qui eum sequi noluerunt ad gloriam. Se praebuit ad altra ducent, ne videat se genem.

Ne quite heredes Astripotens ex asse reliquit, Per scelus hinc doleat te cecidisse tuum.

20 Duae guttas sanguinis, opposita conditionis, ex amputata cervice Medusæ, signat Euripides in Ione, nosque dicemus

Luc. 21
27.
Mat. h
24. 30.
Christi
plurimude
gloria ex
cruce.
S. Neoc
stido
Bugnot
hic.

in Ephem. 10. August. n. 1. quas collegit Pallax hellatrix, in cuius trophæo erat figura Crucis, uti observat Tertull. Apolog. cap. 16. Pamel. hic, à n. 238. & Pier. Valerian. lib. 42. à cap. 88. & clarius lib. 50. cap. 12.

Dat Pallas geminas guttas à Gorgone manantes.

Hanc quidem mortiferam, Aliam verò curatricem morborum. Arcet morbos & habet almenta vite: Altera verò interficit, venenum existens.

Succinit Euripid. à v. 1003. Emblema obijcitur nobile, effectu opposito sanguinis Christi, effuso pro salute hominis, oblatoque simul in ara Crucis; cum venerit ad iudicandum cum potestatem magna, ut tribuat unicuique secundum opera sua: equidem qui in iustis alimenta exitit vitæ, pravis erit in flammis loco veneni. Hinc crux ad est, cuius aspectus & illos iuvat, & illis officit; quoniam scelorum oppletu vulnerum, guttam noluerunt curatricem morborum. Observavit Bapt. Pius, Annot. poster. 145. guttam sanguinis Medusæ è sinistro latere, uti virus interficeret: dextri verò, ex more vivificare. Ex situ iudicandorum patet salus & vulnus, dum nequam à sinistris, prohibe collocantur à dextris: indexque in cruce offendit discrimen, hinc & hinc habens latronem, unum salvans, aliumque condemnans, decernens præmia & supplicia; quippe eius sacratissimus sanguis mors est malis, vita bonis, his cunctibus per crucem in gloriam, illisque proiectis in flammam ignis aeternam.

È celo vibrantia fulmina figet, Seu permixta chaos rerù primordia quondam Discernet partu, mundumque enixa nitentè, Fugiet in infernas caligo pulsa tenebras.

21 Crux ergo figitur in iudicio quasi palma, in quam Christus cum esset in mundo ascendit, & apprehendit fructus eius, quibus in gratiam hominum cum labore potitus; ut qui felices in sacram arborem dirigat cogitationes. Lotus capillata (inquit Pier. Valerian, lib. 52. cap. 36.) felix arbor cognominata, quod Deo tam familiaris habeatur, ut sedes eius statuatur. Liqueat iam in cruce, quæ amissa felicitatis nota; dum in illa Iesu sedes cum potestate & maiestate magna; quæ nobis communicabilis, dum illi nostre in capillis dicuntur cogitationes. Ideo dicitur: Ab eterno ordinata sum. Salazar, n. 291. Vexillum fixum sui, Militamus. Haud aliud respiciamus vexillum: igitur nobis erit felicitas, à qua Duci Principi derivata maiestas. Diem libertatis ex

Sanguis
Medusa
condidit
nit
Euripid
Quare si
gutta Cru
cis appa
rebit in
iudicio
Christi
sanguis
mors est
malis, v
ita bonis
Manil.
1. cap. 2
à v. 8.
Leta: ca
pillata.
Pier. Va
ler.
Prov. 8
25.

Exod. 1
26.
Maluel
Reuchl.
Ut quid
signa
mur in
frons:
Matian,
hic.
Seneca.
Euripid
Doloris
gravam
corripit
mentem.
Claud.
in Rufin.
N. 46.
Seneca.
Cecitas
ira.
Fol flet
vocat,

Ægypto, quasi signum haberi precipitur ob recordationem; eo quod in manu forti eduxit nos Dominus. Maluend. hic ex Hebr. Totaphot: id est, ornamenta frontis. Secus Reuchlinus, ibid. Habebant Hebraei (ait) nodum, qui formam crucis figurabat, quia omnia in cruce consummantur. Si cuncta gaudia contemplantur in cruce, cuius signum figimus fronti; respiciamus intendentes in felix prorsum vexillum, ut habeamus hic & in caelo gaudium plenum. Nobis enim crux fixa, & ab aeterno nostris morbis ut medicina ordinata.

Cum excelsa viguit prima ab origine mundi.

DIDASCALIA V.

Inustus rerum estimator pectoris dolor.

ITA Seneca in Troad. v. 544. Si inops aliquando vocis, quidni mentis? Ubi urget & pungit interne cordolij spicali poena; non est nisi doloris amara memoria: perperamque dijudicare poterit, qui sese in ipsa cognitione nescit.

Vulneris infelicitas habet inopiam consilij. Accinit Euripides in Ione, v. 971. Hinc & hinc, ultrò citroque mens vagabunda cogitat; sed nonnumquam delira, cæspitans errat; quoniam in consilij inquisitione non inquiri consilium; sed in ultionem doloris mordentis exitum. Intra viscera pus vomitæ vellicantis ira fovet, & quousque virus evomat, minime quiescat: quærensque tanti cordolij puerile levamen, pro vindictæ anxietate ruit in furorem.

— Iam nulli stibile damnium, Sed cursus solennis erat, campusque furori Expositus, sensumque malis detraxerat usus.

Furor profectò est. Unde Seneca, 2. de Ira, cap. 14. Infit: Ira perturbat artem, & quæ nocet tantum, non quæ caveat, aspicit. Sæpe itaque ratio patientiam suadet, ira vindictam: & qui primis desungi malis potuimus, in maiora de voluptimur. An quia non cognita mala? Ardet in studentem ira, vel dum cognita: siquidem student phrenetici (sæpe sine causa) meditata ultionis; quamvis cognoscant ex discrimine perire.

2 Citra ius, cum filij Israël ex fe libertate gauderent, & de Ægypto egregie meriti fuissent; eo quod subditi, & acola, sine ullius offensionis interventione, Phæao cum suis non solum eorum tyranni iu-

gulaverant ingenitam libertatem; sed in miseram, stebilem redegerant servitutem. Multa levæ fortis calamitas, Vocis sub tyrannide libertas: ait in Arato, Plutarch. Claudiansque quo dudum, à v. 85. Maerent captiva peltis iudice leges. Quis populi tunc cultus erat? Quæ murmura furim?

Nam miseris nec flere quidem, aut lenire dolores, Colloquijs insuprà licet. Quod nam usque feretur

Exitiale iugum? Duræ quis terminus unquæ Sortis erit? Quis nos sancto turbine rerum, Aut tantis sovet lachrymis?

Ubi ita infolentia potestatum, dumtaxat cælum conferre potest auxilium, ac præbere calamitatibus exitum. Qualis ergo in tanta tribulatione? Fugere. Cognovit Phærao afflictorum cogitationes, & furiosè persecutus est fugientes. Unde fomes ira? Ex fugæ meditatione: igitur secum semper habere subditos voluit, ut semper sine suspensione vexaret, quæstus nonnumquam de illis; qui præ angore, de illius tyrannide debebant queri.

3 Inolita prurigo potestatis. Unde Abrahæ prædecessor Phærao dixit: Quidnam est hoc, quod fecisti mihi? Idem ibid. cap. 20. 9. Rara estros infolentia! Abraham iniuriâ afficitur, & tyrannus de offenso quasi malè affectus queritur? Ars est, ne iniuriarum detur fides, queri de factis. Queritur, ne lætus queratur: igitur ne male audiat per illatam iniuriam; solemne est, prævenire querimoniam. Queritur, ne subditus valeat queri; vel quia queritur subditus: est enim iniuria infolentis auctoritatis, ni risu grates solvantur præ iniurijs: licitum potentibus, ad libitum quasi ludentibus facere; verum subditis, nec hiscere. Cæstigaverunt vitia sua (inquit Plin. Traiano, in Panegyric.) ipsi qui castigari merebantur: iidemque emendatores, qui emendandi fuerunt. Misera fors. Opprobrijs, præut placuerit saturandi, sed os ponendum in pulvere; quo si aliquando respiratur, ipsa respiratione suffocetur. Nos possimus aperire os: dicitur in Daniele, sub tyrannide Nabuchi. Tollitur auxilium, quod prævenit natura in levamen agorum; nequeuntque aperire os, vel dum in respirationem impellitur anxia mens; quippe si in suspicia officianter aperiunt, pulvere excitato statim suffocantur. Hinc à Propheta dicuntur Iudices lupi, Lupi? De Lupo narratur (ait Chartar. de Imagin. Deor. pag. 250.) eum, quem prior ipse viderit, mutuum reddebat

Plutarc.
Claud.
Alas ty
ranni in
solentia.
Gen. 12
18.
Queritur
nò de ini
uria sed
de offensa
queri
monia.
Plio:
Thron.
3. 29.
Dagiel.
3. 33.
Sapho 1
3. 5.
Chartar

ac postquam aliquid rapuerit, ita tacitum proficere; ut nec hiscere quidem audeat. Idem Textor, 7. Officin. cap. 27. Plin. 8. cap. 22. Isidor. lib. 12. Origin. cap. 2. Virgiliusque, Eclog. 9. v. 53.

Virgil.

Car con- fertur in pis

Iam fugit ipsa. Lupi Merim videre priores. In natura lupi, signatur animorum truculentia: in conditione, malignitatis strophia, ne comprehendantur in superbia sua; dum subditi ab illis, meditanter gravati: proprièque appellantur iudices lupi; quoniam mordent, laniant, trucidant, cruciant, veant, ut astu, doloque miseri perpetiantur iniuriam, quin vocem ullam possint exprimere in querimoniam. Si silentiosè ac prudenter sustulerit animo, ex fide patientiæ regegerit saepe offensio. Si vox ex dolore exprimitur, etiam qui offendit offenditur; quasi esset tyrannidis lætio, quòd pondus acerbitalis levaretur suspirio: tuncque sunt lupi truces, qui oppressos caute videre priores: quandoquidem ne cognosceatur insolentia crimen, ab assiliis & nequiter, adimunt voces.

Qui offe- dit, offen- ditur.

Genes. I.

4 Serpens non solum dolosus, astutus vocatur, ut innunt à malignitate insidias; sed callidior cunctis animantibus terræ. Callidior utique & nocuor: etenim totum eius studium in innocentiam venenum vomere, & venenum non intelligi. De illo tradit Solozan. Emblem. 84. ut sanguinem infantium fugat, & exangues interficiat, extremum caudæ illorum applicare ori: quin, licet impactò vulnere, possint flere, valeant dolorem vagitu vel ullis signis exprimere.

Solozan.

Caudam, blanditus mittit in ora, draco. Mammillam reputans, lentè deluditur infans, Et tacitum blandè cernitur in e virus.

Similis pulgboro.

Pingitur autem tyrannidis affectus, effectus & subditorum vulnus, in quos invehitur potestatis colubri virus; quin valeant de vulnererique, cum os nequeant aperire. Si est patientia, persistunt usque ad totius emundationem sanguinis: si vel vagitus resonat, moriuntur veneno vulneris. Unde numquam ab ærumna potest defendi innocentia; quippe astu callidè sine voce non cognosceat elades: & cum cognoscitur, eludit fuga serpentis. Sic tacitum blandè cernitur ire virus: equidem nihil oppressis prodest, impunitatis insolentia lege, ad vulnera tacere, vel ad vulnera loqui. Infelix Republicæ status est, quo etiam nocet innocentibus cognata gemitus vox. Videtis articulum crudelitate Tiberij, Tautol. 8. num. 18.

5 Ergo in præfatum scopum instituit, ne videamur propter obvia, saltare extra chorum Didascalie. Unde furor Ægyptiorum in Israelitarum immeritam eladem? Persecuntur, quia fugiunt persecutionem? Fugere, prius illis videbatur obsequium: latata est Ægyptus in protectione eorum. Modò displicet, quod pridem placuit? Injustus quidem rerum æstimator pectoris dolor. Existimantur à Numine plagas acceptas, per illos (qua propter illos) factas: & ultioni sanguinolentæ animitus inhiant, quamvis suffocati pereant. Dixit inimicus: Persequar, dividam spolia, implebitur anima mea. Evaginabo gladium meum, interficiet eos manus mea. Etiam in protectionem viso miraculo, præcordia vellicat ultio?

Vindicta furor.

Exod: 9.

Prudent Pyschom. v. 419.

Cap. 14. 23.

Qui ul- tioni ma- cumbit, cadit ul- tione.

Et cum portento animæ.

Quis furor insanas agit caligine mentes? Quòd ruitis, cui colla datis, qua vincula tansent? Prob pudor! armigeris amor est perire lacertis?

Israelitæ tui per sicum in ulterius transierunt litus. Persequentes Ægyptij ingressi sunt post eos. Ita alieni à consilio, ut se committerent pelago? Haud ultionis ultionem furor cogitat, modò profuturum inimicum videat. Non iacerent sub morte, ni iudicarent vindictæ: at cum ultio noceat, quantumvis sine periculo fiat; tota machina inanis cogitationis est conversa in persequentes: equidem qui vivere possent sine periculo quieti, propter vindictam inventi sunt suffocati. Pessimus rerum æstimator pectoris dolor. Cogitat quæ noceat, non quæ caveat. Ut fugiat mala, multoties à phantasmate picta, devolvitur in maiora: ac in acris ulceris mordicantis incommodum, ultionis periculum patitur; qui nullum in vindicta cogitavit periculum: iacet, dum dolet opprimitur, quum opprimere intendit, factus utique spoliū, de queis phreneticus excogitaverat triumphum.

6 Nec his exemplis, nec amplioribus periculis cognitis, compescitur iracundia, semel ultione concepta. Furor notatur Ægyptiorum; quia non cavetur imminens mortis periculum. Vindices cuiuslibet levis iniuriæ cognoscent, verum in mare se mergunt: & cum cognitione? Punguntur stimulis iracundia. Agitantur ita vindictæ furore, proripit insanæ; ut animarum salutem despiciant, modò noceant, abdicentes quòd infelicitè pereant: equidem dementes exercent gladium vindicem, quantumvis videant potestatis summersionem, ambientes periculum, etsi pa-

Eccli. 5.

In in- vi- aif- erimen- animi no- bilit, vel servili.

In in- vi- aif- erimen- animi no- bilit, vel servili.

Ioan. 18.

Luc. 23.

Observa- tio tem- poris cu- abusu po- testatis.

titulum videant totum infernum. Vindicant vindicabit: promit N. Tautologia. Haud removebitur à proposito semel concepto, etsi post vulnus addatur cordolio. Ita qui iniurias placido corde non trahit sed in ultionem occasionem invenit, quod servilis proiectione animi dedecus. Secus sese gerit nobilis animus. Vel dignum vindicta transit. Ultione indigna dignitatis dignitatem non polluit: igitur vel in audaces non exerceat potestatem; ultionis quantumvis invenerit occasionem. Vindicant, dato tempore vindicabit. Conatus fordidus est. Necdum ultionem è pectore eiecit cor. Non vindicet, quia non cupit, sed quia non valet: discrimine elucet, dum iniuria intercessit, vel non intercessit in animi nobilitatem, & servilis proiectionem; ex eo quòd illi ulciscetur, dum poterit, & ille ultionem, quamvis possit, præteribit.

7 Usus & abusus potestatis, iniuriæ accepta & non accepta exponitur à Ioanne in Servatoris captura. Cum gladijs ac sillis venit pessimorum cohors, ut comprehenderent sine crimine Iesum. Hic exiit obviam: & ut dixit: Ego sum, abierunt retrorsum, & ceciderunt in terram. Demonstravit, quid potestate valeret; & simul fatentium meditatam ultionem, quarentium quo caderent, vel iacerent. Gratia offensus surgunt; quis levavit, non cognoscunt. Compreudentes autem eum, duxerunt ad domum Principis Sacerdotum; cum captus dixisset: Hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum. Liqueo potestas impiorum.

Nulla illis iniuria facta (imo concessa innumera dona) sed ab illis concepta, quam ulcisci à damone correpti volebant, verum non poterant: at cum animus truculentus vel gratijs non quiescat donec noceat, quia iræ incendium in foco pectoris servat; sillis & gladijs perferunt ultionem, ut habuerant potestatem. Quærebant eum interficere; nequibantque, semper frustrata occasione. Tempus expectabatur, ut usque in fatietatem vindicta perferretur: contumque conceptam iniuriam malignitas vindicavit; quum hora venit. Est potestas, sed potestas tenebrarum, & animi implacabilis captivitas sub directione demonum, iræ servente; quippe deservet iræ, si transit hora. Sine potestate vindicta exponebatur periculo. Solicitatur invidi mors vel mortificatio sine incommodo; diciturque illorum potestas potestas inferni, abutentium citra iniuriam potestate; quippe totius inferni detestabile specimen, observare tempus in ultionis occasione. Tamquam in speculo

videtur, quod contingit Tæpe in mundo! qua de causa semper timentes timendi, ex conscientia læsa vulnere. Christus nulli iniuriam fecerat, quinimò in illum innumeras malignitas cumulaverat. Suspiciabatur conscientia, aliquando malignitatem plestendat, quoniam posebant vindictam. Ni haberetur potestas, minimè quibat removere vindicem; quærendum tempus in angoris levamen. Venit hora: ferveat iræ potestate fungatur, ut qui offensus statim exterminetur: oportet enim morte ultionem preoccupare, & ulcisci gratias, ne iniurias possit ulcisci.

8 Cominus accedamus Didascalie proposito. Potestas & potestas elucet in articulo. Christus ab illis plures iniurias toleraverat. Illi iniuriam rati, quod in terram deiecerat. Quid Christus fecit? E terra levavit. Quid diabolica cohors? Comprehendit, & in mortem adduxit. Vindictæ observavit occasionem, simulatque venit hora, & obtinuit potestatem: Christusque quantumvis inhonoratus, quantumvis offensus, potestate aboluit, sed magnanimiter suspensa, non solum iacentes erigit, manum inimicis porrigit, in statum conaturalem restituit, faveat fovet, sed illis prolatis placidè concessit erectionem, sciens in illum crudeliter aggressuros, cum haberent potestatem. Quam nobile pectus! Quam vilis ingrati furentis animus! Apposuit, sed aliò Ovidius, Epist. 6. v. 147.

Quo in- m- citi res- incedit Christi dicitur, dā amo- rer por- f quibus- tur adit

Ipsè quidem per me tutus suspesque fuisti. Non quia tu dignus, sed quia mitis ego. Benedicenti est documentum, ne in Monachis videatur huiusmodi potestas tenebrarum; quæ tenebræ potestatis, atque macula honoris, Iracundiæ tempus non reservare: monet, Regul. Sancti. cap. 4. Dolam in corde tenet, qui sicine vomitacem in pectore custodit. Evomet quandoque virus, qui in iram observat tempus. Dum temporis habetur observatio, non fit, quia non potest, ultio: & non solum ultio interdicitur, sed tempus in illam aspirarum prohibetur; quippe ab observatore perpetrabitur vindicta, si casu venerit hora. Modò in illam citra discrimen non valet: exequetur sanè, ut poterit: observat & reservat iracundiæ tempus, ut erumpat serpens fatus: malignitasque tutò perficit ultionem; cum habuerit potestatem. Pacem bonam fratres desiderant fratribus. Non pax bona, ubi iracundiæ reservatur tempus. Non erit frateris, sed demonis eor. Pax, pax, & non est pax. Iniuriam vindicans vindicabit, quum possit, maximè si potestatem acceperit. Hu-

Ovid.

S. Bene- dicta.

A. Mach. 1. 1. Eorum. rar all- quoniam- pectus- virus, dā alim- e- servate- 12. npi.

Iusmodi peruersitatem habet immortalis iracundia, bile semper commota, sed semper non mota. Nec cum ira suadet, ferunt; sed cum occasio: ait Stoicus 2. de Ira, cap. 14. Concipit dolorem, sed pariet iniquitatem: patebitque inlethale vulnus draconis virus, quando iracundia reservatur tempus.

Senec.

Claud. d. a. v. 280.

Ecdi. 5. 2.

In superbia si quis non bonum reintegretur autem vitari, peris maiestas

Virgil.

Senec. in Thyest. a. v. 472

Senec.

Vindicta in dignitate, summa.

gloriosè; quippe non vult, dum valet ulcisci: tum quia nobile dignitatis decus potentis alligat manus: & adintra Milonis, nequit moveri vinculis auctoritatis: Et valido palmas compressit robore truncus. Cogitatio hominis confitebitur tibi, & reliqua cogitationis diem festum agens tibi. De quo & quorsum huiusmodi periodus, dicemus, Tautolog. 9. D. 3. n. 13. Modò intendendum in Hebraicam Versionem. Furor, estus ira, & reliqua furoris. Dum urget viscera iniuriarum ultio; his indicatur quid fieri debet in folio. Accepta iniuria, illicò de vindicta cogitatio. In potestate nequaquam cogitur, ne splendor auctoritatis minuatur: equidem si tunc iniuria vellicat dolor; non erit vindicta, sed potentis furor. Multoties quia ultio furor cognoscitur, voluntarie vel cogitatio ultionis ac iniuria remittitur; sed manent reliqua cogitationis, qua animus sopitum excitant in munere potestatis; suggerentes speciem damni iacula recordationis: Ut qui vindictam remisimus, damna minimè sentiamus. Ita asserchbat Theodoricus, apud Casiodor. 5. Variar. Epist. 35. & in throno potestatis, feruenda cogitatio, & etiam reliqua cogitationis; quoniam ut iniuria privatè fiat turpiter ultio (quippe valet) Principi nec cogitatio. Hæc, quia à privato haud facilè ultio perficitur, illi sine ignominia conceditur: negantur Principi reliqua cogitationum, quia habet ultionem ad manum. Serpens sinu ex frigore sine damno fovetur: calore dignitatis vel in virus evomendum, excitatur: cumque fit mentis emotæ phrenesis, in digna cogitatio cordolij & amaritudinis; & memoria & iniuriæ cogitatio exulent à dignitate, quippe Principi nocent etiam huiusmodi cogitationis reliqua. Sunt cogitationes sine intellectu: etenim recordatio, impulsu cogitationum, vindicem, dum minus cavet, propellit in præcipitium. Qui datur in honore ad subditorum lucem,

—Præmit altum corde dolorem.

11 Obijciatur in regimen Ethnicus, sed qui cognomento Iustus. De Aristide inquit in eo Plutarch. Plato tantum ei tribuit, ut præ ceteris cunctis clarissimis viris, qui Athenis floruerunt; hunc unum solidam & expressâ virtute ad rempib. se contulisse: qui sue mansuetudinis & moderations erga Themistoclem gravissimum saepe periculum fecit: nam cum in cunctis publicis numeribus eo uno omnium inimicissimo uteretur, & exul ipsius artibus, operâ, calunias civitate cessisset; oblata sibi eadem malefacien-

ciendi occasione, officium suum tamen atque decorem servavit. Themistocli siquidem malefatis ad populum accessit, tristem suorum temporum memoriam oblitus, nullo loco averfatus est: quin potius, etsi quamplures accusationi studiose ac diligenter incumbere; solus Aristides invenus est, qui nec egerit quicquam contra eum, neque aixerit, neque calamitate inimici fruentium sibi censuit. Arridet, quod Chiloni accidit, refertque lib. 1. de V. s. Philosoph. Laertius. Fratrum querenti quòd Ephorus ipse non crearetur, cum illo esset; Ego, inquit, iniuriam ferre novi, tu non. Ethnicus hoc vel in potestate faciunt: & catholici nec status nec honoris reminiscuntur: deus ostendit mihi super inimicos meos, ne occidas eos: Depono eos protecor, meus Domine. Variè accipitur prima periodus, q. d. Deus me ostendit in principatu super inimicos meos, ne occiderem eos. Ab inimicorum potestate petitus, & ferè oppressus per nequam indignationem, haud occidit habens super illos potestatem? Sar pœnæ, etiam renuat; posse ulcisci. Sar profectò, potestate subditum mortificatum Superiorem videre. Adifis, Tom. 2. T. 9. D. 7. à n. 4. Sar, quòd ab illis reprobarus, in thronum à Numine ostendatur electus. Sar, quòd in gloriam servatoris vivet, qui veniam habet, quam nullatenus meruit. Sar ubi floret (dicit Senec. quòd datum) tanto munere, damna auferentique vitam potest; in his præsertim quos scit aliquando suo fastigio vultisse. Hoc arbitrium accepit, ut onem impiecit, perfectique quantum pœnæ satis erat. Hinc dam potestate indulget insolentis probrum, vivere & mori inimici sit ingratum. Vivere propter verendum; morique, propter sceleris penam: vivuntque morientes, quia plaudere constringuntur, veint nolint. In acerbiter cordis mortificat pervigil anguis.

Hæc Embiem 61.

Pfal. 78. 11.

Hebr.

Splendor minuitur & honor dedecoratur.

Casiod.

Vel cogitatio nocet.

Virg. 1. Aenid. v. 215.

Plutarch.

Preiiosa & commendabili modo ratio in occasione nocendi inimico.

Diogen Laert. Pl. 58. Gloria & vindi ta par centis, si d. d. e. inimici gladio favoris.

Diogen Laert.

Pl. 58.

Gloria & vindi ta par centis, si d. d. e. inimici gladio favoris.

Senec.

Ovid. Epist. 12 v. 61.

Virg. 1. Aenid. v. 215.

Plutarch.

Ignominia ulciscendi, ex honoris potestate.

tam, inurit dignitati nigerrimam, propudiosam ignominiam. Illarum cogitatio in elevatione occurrit, occarò mordet, dolor pungit; quasi assumpta potestas, valeat fedare cogitationis reliquias: iniuriæque in throno præterent, dum recordatione occurrunt; quia maiestatem nimis polluit vindicta, quando vel nocet memoria. Cadit potestatis splendor, præceptis mittitur honor; quandoquidem etiam in munere excellenti datur vitio, vel sola iniuriarum in ultionem cogitatio: & dum promere fatagit vindictis auctoritatem, abusu auctoritatis cerebri promit furorem. Uterius. Deus ostendit mihi super inimicos meos: ne occidas eos. Depono eos protecor meus Domine. Sane Protector: equidem sangentem dignitate, non ulcisci; eget tota cœli protectione. Non occidendi inimici, sed à munere deponendi. Sar pœtus dolebit, si quòd proveraxerat fortuna, desinit. Valeant iniuriæ, traditæ oblivioni; sed iteratio cavenda, ne perpetretur auctoritatis venerabilis causâ; dum abutuntur infatuati potentia: deponique optat; dum illos in ultionem maiestas intigat; quippe prudenti congruit regimini, quòd qui infans in potestate fecerant, defungantur potestate: incrementa sanè cognoscuntur sceleris, modò exierit, qui pridem exierunt immunes. Quia fecerant, facient; cum facere fas non esset, quamvis facere possent.

13 M. Bibulus (inquit Casar, de Bello Civil. 3. ex quo Valer. Maxim. lib. 4. cap. 1. n. 15.) vir amplissime dignitatis, & summis honoribus functus; cum in Syria Provincia moraretur, duos egregie indolis filios à Gabinianis militibus occisos esse cognovit: quorum interfectores ad eum vincetos Regina Cleopatra misit, ut gravissima cladis ultionem arbitrio suo exigeret. At ille oblato beneficio, quòd nullum malus lugenti triviti potuerat; dolorem moderationsi cedere coegit, carnisvesque sanguinis sui inactos vestigiò ad Cleopatram reduci iussit, dicens: Potestatem huius vindicta non suam, sed Senatus esse debere. Animus profectò iustus, dum propriæ iniuriæ etiam in munere, non offensus vindex designatur, sed Senatus: equidem et si vindicta iusta; quia privatim facta, & indulgit, ne manus, quò probè fangebatur, ultione dedecoraret: equidem lervilis villisque pœtoris filios fert notam, publica potestate privatam ulcisci iniuriam. Tu quoque iusti quæ fecerit mihi Iob (dixit David iamiam moriturus successor) qua fecerit duobus Principibus exercitus Israël. Filio Regi commendat cau-

Qui officio obutur, à munere deponatur.

Id. 58.

Potestate publica, prius non vindicta.

3. Reg. 2. 5.

causam, ut iniurias vindiceret. Qua de causa ipse non ultus, & cum Rex esset? Alijs offensa & perfide facta: & etiam propriam toleravit ipse, à Ioão patrefacto Regis secreto, & de Uriz innocentis homicidio: & quamvis uti Rex iniurias factas Ducibus ex lege vindicare debuit, studio impunitas prætermisit; ne honor macularetur dignitatis, & simul vindicis iudicis: equidem vel iure damnatus maligne Principi imponeret; quòd sub aliarum prætextu propriam iniuriam potestatem vindicasset: prudenterque sine publica vindicta dissimulavit iniuriam; ne throno vel iustà ultione reus impingeret infamiam. Pende quantum deducos, ex ipsi verbis queis exponitur facinus. Tu nosti que fecerit tibi Ioab. Quid fecit? Qui passus iniuriam, tacet. Erubuit, quippe dignum pudore, recordatio iniuriarum in publica potestate.

14. Morbus seu plaga celebris est Plicia Polonica, de qua latè Manget in Bibliothec. Medic. liter. P. igitur per illam contrahitur, quod de furijs infernalibus fingitur: & affectus miserè huiusmodi pestilenti languore, videtur miserantibus caput Medusæ. Horrent crines, curvantur unguis, & tota caries convertitur in serpentes.

Catull.

Sanguineo redimita capillo
Frons expirantis præportat pectoris iras.
Accinit Catull. in Nupt. Pelei & Thetidos, v. 193. Adi Charat. de Imagin. Deor. pag. 195. & Natal. Com. 3. Mytholog. cap. 10. Plicia-Polonia (ait Bravo 3. Promptuar. cap. 11.) est contorsio capillorum: pars affecta caput, patiuntur membrana, præcipuè pili, qui effundunt sanguinem puncti. Gliscunt enim inflati pestifero humore, cum iactura iudicij, ex dictamine obliquo; quippe putre solum, quo dominatur ratio. Horror sanè plaga in physico corpore: quid si politicè? Huiusmodi affectus eum frequenter conficit, qui iniuriam accipit, & ulcisci cupit. Haud valet & virus in præcordia remittitur, ut illud tempus usque fervatur. Ad vindictam haudquaquam opportunitas, quippe deficit, & publica abest ab irato potestas. Indignatio.

Virgil.

10. d. v. 10.

Arma sequi, ferrumque lassere suasit;
Adveniet insum pugnae ne accersit tempus.
Tum cartare odij, tum res ulcisci licet.
Nunc sinite, & placidum lati obsonite fedus.
Tempus tandem expectatum venit, ut plicia-polonica caput gravet, & venenis & delirij ex conceptione furoris; quippe est infirmitas cum affectione capitis, quæ ex visceribus crumpens ostenditur, dum bile accensa in caput qui per punctus constituitur. In prædam curvantur unguis, cogitationes

convertuntur in serpentes; quin cautio excogitari possit à veneno, quoniam serpens quilibet capitis, male affecti, cogitatio (vulgò: *Se pone como una serpe*) equidem cum appetat anxie, quamvis deliriet, ultionem; etiam vel punctus leviter emittit sanguinem. Infelix reipublica hocieue capite itatus; si manat sanguine, dum tangitur pilus. Prævaricatur in decretis erga iudicia prudentum, plicia-polonica pervertit iudicium: nec cogitat quod delirè debacchetur; modò iniurias ulciscatur. Minime etiam sanguine placabilis: in serpentes sunt mutata cogitationes: vomitque fanaticè in auctoritatis potestate, totum venenum quod fovebat in pectore. Totus animus in complacentiam ultionis; flocci ducens quod vocetur peltis.

15. Vide (inquit Senec. de Ira, cap. 16.) quam debeat omni perturbatione liberi accedere ad rem summa diligentia tractandam, potestatem vita neque. Male irato ferrum committitur: de quo nos latè Tautolog. 9. D. 6. Iratus erat, & male iratus, qui in ultionem præriebar virulenta plicia affectus: sed enim hocieue haud exprimebat venenum, quia necdum habebat gladium. In munere datum est: prodivit internum pus, ungue curvo, crine colobro, in subditorum peltem & exterminium; quippe iam male iratus possidet ferrum: quod prius quidem exercebat, si prius habuisset: equidem illud opportunè expectavit in maiestate culminis, ut depromeret furiosus serpentes cogitationes. Male irato datur ferrum, ubi iracundo vasto, doloso publicum confertur officium: quia tunc res ulcisci licebit, ad quas ficto federe vultum caillidè componit: etenim per potestatem sui se exhibebit turpissimè vindicem, & occultum astu maligni pectoris manifestavit furorem; quo rumpetur & exardescet, si quis evaserit. Cæsar, cum sciret Catonem Uticensem sibi conscivisse mortem, nunciantibus dixit: *Evast. Videtur* (inquit Plutarch. in Cæsare) *animi nequaquam reconciliati, aut benigni iudicia continere.* Male iratus erat Cæsar in Catonem, quia eius nonnumquam arcuerat in rempubl. tyrannidem. Datum male irato ferrum, in cunctos potestate fœvitur: verum pectus non fatiatum: tabescit potestate florens, atque diætaturâ fungens: corque trulentaria ardebat, quippequam unus evaserat.

16. Idem accidit irato & male irato Sauli. Concepit odium ex subditi laude, cum David illi studeret magnoperè obsequi. At cum male iratus haberet ferrum; deferere vulneribus odium voluit semel con-

Eff. Huius
vindicta
ex terror
abi super
ulciscitur
quis sua
perior.

Seneca.

Seneca.

Cur ab
irato saep
pi præter
mittitur
ulciscit

Plu-
tarch.
Ulzio, ut
ad c. 11. d.
v. 10. d. v.
10. d. v. 10.

1. Reg. 19. a. 9.

Verf. 11

Verf. 11

Præcus
non aude
ret ulcisc
ei, in gatu
deret potestatis.

d' depno-
me posses
suis.

Non da-
eitur cau-
sa, sed
ira.

Erasm.

conceptum. *Factus est spiritus malus in Saul. Sedebat autem in domo sua, & tenebat lanceam* (sceptrum scilicet regni, ut sæpe dixi) *nisiisque est Saul confingere David lancea in pariete, & declinavit David a facie Saul.* Quievit ita? Nullo modo, sed crevit furoris flamma. *Misit satellites suos in domum David, ut custodirent eum & interficeretur mane.* David fugit. Sane? Non fat. Sine gladij usu, numquam satis male irato. Detestabilis profectò animus, qui ledere inhiat non letus, promens furorem, persequens non persequendum. Fugit ergo innocens; sed Saul iratus iracundia in illum abiit ipse, avidus necis. Elucet speculum iracundi, maligni, ac fascinati Principis, cui videtur omnia posse maiestate potestatis; minime demonstrantis dominationis facultatem, sed cranij perforati phrenesim: quandoquidem dumtaxat phræneticus potestatem iniuriam non factam, sed apprehensam a phantasia, vindicare; quia ferrum habet & gaudet iurisdictione. Iniuriam sine specie delapsus concipit, quippequam esse vellet: non invenit & persequitur quem vult; quia hostem fingere in ultionem cordi est. Fulminat potentia, etsi abest causa: lanceamque torquet & pilum; eò quòd habeat maiestatis sceptrum: Saulque spiritu impulsus malo vibrat lanceam, quin aspice-re possit iniuriam; quoniam ex potestate non ulciscendum ulcisci, dumtaxat facit, qui possessus à dæmone. Lancea erat vindictæ symbolum, iurisdictionis sceptrum: & dum Princeps ulcisci cupit, lanceam tenet, sed sceptrum non habet; quoniam ut fiat ultio, non debet abuti scepro. Virga debet esse iustitia, non ultio. Ratio in moderationem, ut sese præclarè in regimine gerat. Uti potestate virge, indicat, in vindictam non audere sine scepro potestate, patetque non muneris potestas, sed ultoris infamia, dum in ultionem vindex utitur muneris virgâ. Non operatur iuxta causam, sed iuxta iram. Effugitur. Plus ex fuga furiosus carpitur; quippe cyanit ictus: & cum sit in sevitiam totus intentus; ardet, pungitur & ardet, eò quòd figendus lancea incolumis evasisset.

17. *Evast* de Catone dixit iracundus Cæsar. Longè ab illius intentione eius successor in Imperij dignitate. Adrianus non est potestate inflatus, sed plus ex dignitate morigerus ac modestus. *Imperator creatus* (refert Erasmus, lib. 6. *Apoptegm.* in eo n. 3. *aseo contempsit inimicos, ut uni quem habnerat captivum, forte obvio, dixerit: Evast.* Accepit insignia superioris potestatis, atque recessit a privatis offensis;

ne inferretur navis fulgori honoris: equidem non muneris honor, modò privatè iniuriæ Princeps sit memor. Timere quibat inimicus ultionem, videns lacessitum suprenam obtinuisse potestatem: sed forandinem ab illius pectore excussit, dum illum Imperatorem rectoris, qui ni Imperator, tot iniurias vindicaret: quas quidem offendentem evasisse dicit in periculis tutum, dum læsus est adeptus imperium; quippe in illum non habebat potestatem ad ultionem, quoniam habebat ad ultionem potestatem. Dumtaxat ad gratiam dicitur quòd Assuerus extenderet virgam. *Extendit virgam auream, quam habebat in manu.* Ni virga extenderetur, quilibet non vocatus moriebatur, *Ibid. cap. 4. v. 11.* Uicitur virgâ Princeps in throno, dum utitur qui accesserit, beneficio. Virga habetur in argumentum auctoritatis, minime in extensionem iurisdictionis. In favorem, quæ nequaquam extenditur in cruciamen; in patrocinium, sed nullatenus in subditorum damnum: quandoquidem, quamvis in throno potestas, & potestatis auctoritas, atque intercedens maiestatis offensa; non debet extendi iurisdictionis virgâ. Hæc Assueri dicitur aurea, non ferrea: aurea ad gratiam, non ad pœnam. Ubi ad pœnam, male irato datur ferrum: ubi ad vindictam, non rationis, sed furoris consilium: igitur solummodo opus parentis, ultio ridicula per influxum potestatis. In throno fas est (ait Tacitus, 1. *Annal.* cap. 10.) *privata odia publicis utilitatibus remittere.* Consideret ex damno Prælati, quid hæcine sibi viderentur, si esset subditus.

Si quod quisque facit, idem patiatur & ipse, Id iustum fiet denique iudicium.

DIDASCALIA VI.

Magni Basilij admirabilis sanctitas, & sanctitatis potestas.

1. HIS ergo vitutum clarus insignis, prodigium factus est multis, quandoquidem cunctis vitæ diebus, spectaculum mundo fuisse & Angelis & hominibus: imò ut eius charismatum longe latèque coruscaret magnitudo; miracificè terror factus & ipsi Tartaro. Nullus fertur celebrator illo. Ecce (dicam cum Stoico de Providentia, cap. 2.) *spectaculum dignum, ad quòd respiciat*

Ulzio,
qua hæc
betur pro
geria, pro
honoris
ignomi-
nia, &
Principis
contumelias.

Ester. 5.

Virga fas
non iuris
dictionis
lex.

Tacit.

Solorz.
Emble n
73. 14. 4.

In ca-
di ma-
gani, ce
is, modo
1. 1. 1. 1.
Ovid. 7.
1. 1. 1. 1.
lib. 1. 1.

Seuac.

ciat intentus operi suo Deus. Sanè quod virtus

Virgil. i in Eur. 4. 13.

Tot volvere castis Insignem pietate virum, tot adire labores Impulerit.

Claud. a in Eur. 4. 37.

Prodigium est quodcumque gerit. Præ penitentiâ vix osibus hæret. Nescitur quo corpore viveret; cum tantum spiritu vivens (inquit Amphilocho. in eius vit.) præter ossa & pellem, nulla præterea corporis parte consistere videretur. Unde austeritas tanta? Unde lachrymæ? Effunduntur pro proximorum salute. Fluebant à fonte charitatis, ut frugi redirent deplorati peccatores. Faciebant quod illi debebant facere, ductus amore.

Amphil. Eius lachrymæ ex amore

Ovid. 1. de Remed. vi 381. Job 17. 4.

Nec frustra sebat: fecit in lenimen amoris: Quod si non faceret, turpiter esset iners

2 Non peccavi, & in amaritudinibus moratur oculus meus: gembundos voce fletus dicit Job. Si fletus ex dolore, dolorque ex peccati amaritudine; unde fletus amaritudo sine peccato? Sunt lachrymæ doloris & lachrymæ charitatis. Flere ex dolore peccati, est plorare gratiæ absentiam, ut lachrymis crimen diluatur: flere ex amore, dolere alios non habere gratiam, qua dæmon è peccatore proligetur: Iobusque sine peccato plorat, ut eius amor erga proximos emineat: sentit aliorum peccati internam amaritudinem, fletu demonstrans peccatoris charitatem: equidem nî amoris intus foveret incendium, haudquaquam fletet pro criminibus aliorum. Videns crimina populi, totus ferebatur in lacrymas: dicit qui supra. Quid flet Basilius? de quo dicit. De quo sine crimine quid dolere? De non dolentium præ peccatis vulnere. Ardet cor; ignis, eius flamma est: eandemque in pravos Christus ostendit flammam; quum videns civitatem, flevit super illam. Vehementiam cordis flagrantis ostendit, pro illis plorans, tamquam ipse peccasset: sumpsit enim sibi pravorum penas, dum pro fecere illorum innocens effudit lacrymas. Eorum utique dolores amore tulit: igitur miserans de non dolentibus doluit. Accinit in Job, loc. præfat. Soufa: Non ego peccavi: rebus tamen urget acerbis Tristis amarities. Si quid mea lumina cernunt, Nil nisi triste vident.

Que lachrymæ delent, & charitatis

Amphil.

Luc. 19. 41.

Mell. Souf.

3 Tristia videbant lumina Basilij: qui quidem dolebat de non dolore; sed illius intense crescebat amor, dum percuntiam

debachabatur furor: equidem lacrymis fovens ignem, peccatoris ostentabat excessivam charitatem; lumens sibi ex peccatis alienis acerbam amaritudinem. Ad dicta, Tom. 2. T. 7. D. 7. Lachrymæ sine crimine carent pudore: dicit vel Ethnicus, 3. Metamorph. fab. 7. Essemus miseri sine crimine: forsque querenda.

Non calanda foret: lachrymaque pudore carerent.

Basilius spontè miser fit. Verùm non querenda fors, dum ita aliorum vulneribus pungitur, & sine pudore lachrymatur, sed non sine gloria amoris effusis lachrymis. Essent cum pudore, modò de proprio compunctus doletur crimine: non habet & amaritudinem peccatorum in fortem eligit; quippe fletus in penam alieni criminis, erat occasio expressiois charitatis. Rachel erat plorans filios suos: & noluit consolari, quia non sunt. Propter crimen, ducebantur miseri in captivitatem: fletu excutere illorum servitutem cupiebat; & noluit consolari, quamvis plorat: etenim geminatis criminibus, faxea ita peccata; ut vel perennibus lachrymis valuit convertere corda. Basilius ingemuit, & modum conversionis cogitavit. Quenam? Quod lachrymæ essent amoris, ut liquecerent corda virtute roris celestis.

4 Dixi de lapidibus ex status Nympharum Amorrhæorum (qui nec igne absumi, nec ferro quibant fecari) Tom. 6. T. 3. n. 11. Cenez præscripto Numinis illos accepisse, ac fecisse dociles fectu roris celestis. Cum eis etiam erant inscripti libri, in quibus legebantur fœdera Amorrhæorum cum dæmonibus: dixitque Deus Cenez: Ostendam tibi quomodo eos perdas. Libros & lapides, qui non possunt igni comburi, neque incidi ferro, neque aqua deleri, pones eos in vertice montis iuxta novum Sacrarium; & ego precipiam nubi & iens accipiet ros, & mittet super libros, & delebit ea quæ scripta sunt in his; quoniam non delectantur ex alia aqua, nisi ex ea quæ non servit unquam hominibus. Hæc ex Philone Biblii, de Hebr. Antiquit. De libris, infra n. 13. modò de saxorum mollitie, celestis prorsum lachrymarum rore. Sed unde celestis? Quia ab oculis emanabat ex fonte singularis amoris. Si pro se Basilius fletet, corda aliena non molliret, & quippe tunc lachrymæ, lachrymæ, sine roris conditione, cuius proprietate emollescunt præcordia, non homines, sed lapides Basilius invenit

Ovid.

Cur Basilius lachrymæ sine crimine dolet

Matthæ 18.

Lapides & libri Amorrhæorum, Philo. Bibl.

Basilius quo arte corda faxea convertit in corda?

cives. In conversionem morum cor lapideum. Consolari non vult: pro illis amarissime flet: & quæ corda crimine convertuntur in saxa, iam saxea vertit in corda: quoniam Numen in Basilio videns fletus amari dulcedinem, in conversionem cordium de rore cæli contulit benedictionem.

5 Dicit articulus: quidam (venundatus sub peccato, mancipatus tyrannidi faxi Cupidinis) ut potiretur voto, etiam se dedit potestati dæmonis, cui fecit homagium, & servitutis chirographum subscripsit scriptum, perfide abrenuncians Salvatori; qui proprio illum redemerat sanguine. Cognovit nefas, quod à corde Basilius elicit amarissimas lachrymas; sed qui valebat sanctitatis virtute, voluit ut in dæmonis potestate. Unde illi dixit dæmonis factus voluntarie servus: Vidi te hodie in visu pro me pugnantem, atque diabolum vincentem, quomodo communis hostis gestiens de illo dicebat Basilio: Abnegavit Christum suum: ecce scriptum eius in manu habeo. Cui Basilius: non cessabimus, ait, donec reddas scriptum: & orante, ecce cartha per aërem delata, ab omnibus visa venit, & imposta est in manus Basilius, quum ille suscipiens, frangens scriptum, dedit illum iuvenem deduxit ad Ecclesiam; & dignum fecit sancto mysterio. Ita in Vita PP. p. 1. cap. 5. & Henric. Gran. Distinct. 8. cap. 80. Alterutra clarescit flamma, quum epigraphe templi Ephesini combusti, apud Silvestr. à Petrasæ. sanct. lib. 6. Symb. Heroic. cap. 13. Hoc in fano homines dæmoni mancipabantur, & ipsi dedicatum erat templum. Claruit flamma Herosistrati, claruit realificatione; ut latro in cruce; qui famosus & criminum infamia, & solemi flagitiorum penitentia. Templum homo ex se per gratiam dedicatum Deo; sed per malitiam mancipatum diabolo: quæ alienatio ut à Basilio cognita; templum alterutra claruit flamma: equidem Basilius vero Numini restituit; & penitentia floruit, qui incensus arte dæmonis, usque in dedicationem iacuit. Dicit N. Tautologia. Vindicabit Basilius peccatorem, à diabolo (quo utebatur ut mancipio) iniuria facta, quasi non esset vindicta: Basiliusque ut retribueret retributionem, quam inixerat per crimen; Chirographum (in quo pro illum peccatori facta iniuria) mirabiliter extorsit ac potenter à fatana; hominemque ab iniuria vindicavit, quem ille callide vicit.

Henric. Gran. Extorsit è manu dæmonis scriptum: & orante, ecce cartha per aërem delata, ab omnibus visa venit, & imposta est in manus Basilius, quum ille suscipiens, frangens scriptum, dedit illum iuvenem deduxit ad Ecclesiam; & dignum fecit sancto mysterio.

Petrassæ.

Luc. 23. 41.

Eccl. 5. 8.

Tom. VIII. Taut.

magium factum sum dæmonis servitute; unde Propheta verbum: Percussimus fidem cum morte, & cum inferno fecimus pactum.) pro absoluta libertate, in gratiam plenâ reconciliatione, cum homines mortali essent in delictis, convolvit, donans omnia delicta: delens quod adversus nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis; & ipsum tulit de medio, affigens illud cruci, expoliens Principatus & Potestates. Obligatio facta ab Adamo, eiusque signata syngrapho, dum fide fluxa à Deo descivit, & dæmoni adhaeret, ductus cupidine femina; esse sub Principis tenebrarum servitute, clauso cælo, patulo barathro, quo dæmon exultabat, mancipatum subigebat, illata offensâ, quasi non esset vindicta; quoniam fuerat subiectio penitentiæ voluntaria, quam captivus revocare non poterat: equidem secum eius exactor chirographum mancipationis habebat; gettiens (ex eo quod debitores possideret syngrapham) hominis servitutem futuram esse perpetuam. Mentita est iniquitas sibi, dum Salvator por homine in cruce pependit, & solvit charitate, quod non rapuit. Fuso sanguine sine culpa, omnium culparum chirographa deleta sunt; quibus homines à diabolo tenebantur: inquit Augustin. de Peccator. merit. & remission. lib. 2. cap. 30. In cruce cladem servitutemque hominis flevit, venia de voluntaria mancipatione petita. Cum clamore valido & lachrymis exauditus est pro sua reverentia: verum tyrannus adhuc repetebat debitum, quia adhuc habebat deditiois chirographum. Creditorem potestatem compulsi, ut syngraphum traderet, expoliens Principatus, & Potestates, repulsos à causa, simulatque chirographum recepit; quippequam eorum non habebat malignitas quo debitum comprobaret.

7 Chirographum erat perpetratio pervariationis Ade (inquit hic Anselmus) in quo teste hominis conscientia diabolo ad accusandum, erat memoria illius transgressionis: sed reatu deleta, nec conscientia timent, nec diabolus quod objicit, habet. Accesserunt ad tribunal crucis, ut adversus homines pœnas peterent transgressionis, de qua in accusationem erat memoria in chirographo, ac in ipsa conscientia testificatio: at cum causa dirimenda iuxta allegata & probata (tollente Christo cum syngrapho è manibus accusantium fatale chirographum) in gratiam humani generis fulminatam iudicium, diabolo non habente, quo probaret acta causæ: quandoguidem

Isai. 41. 25.

Col. 1. 8. 13.

August.

Cur Christus fuit à diabolo seductus deditiois sui bonis vis raptus?

Anselm.

nihil in hominem testabatur conscientia, & transgressionem non apparebat memoria. Unde cum contrarium homini syngrophum esset, Christumque è medio tulisset; diabolus cecidit causa, etsi rumperentur viscera. Ad iudicium in chirographum recurrit, non invenit: quid objiceret, non habuit: equidem nec comparebat, ut siltretur, chirographum; nec nullum apparebat priscæ contractæ obligationis vestigium. De iniuria inflicta homini, tradita schedula erat gloriati diaboli; quasi non esset qui valeret vindicare, nec captivum qui de manu eius possit eruere. Accusatus est homo, & liber exivit. Unde? Chirographum è manu diaboli rapuit, & ipsum tulit de medio (Nostrates: *Matò la deuda*) scriptum diluit, expunxit, characteres abrafat, quo depectu accusatio, & liber ab illa homo: igitur cum ligno iam esset affixum, ad accusationem non invenit chirographum. Sic hominem vindicavit, ac è diaboli catenis eripuit, facta ultione. *Quem admodum iste accusationem vindicavit? Cruce*, Dicam ex Marc. Senec. *Controvers. 22*, loquente de Imperatore crucifixo. Crucifixi sanguine dilutum, quod homini in iudicio tantæ causæ erat obiectum: qua de causa cum hostes non haberent testimonium, in iudicio libertas homini iure decreta, & auctores ut vindex è cruce misit in Tartara. Tyrannidis tragula erat, debito soluto & plenissimè, chirographum obligationem retinere. Qui erat in cruce iam accusationem vindicaverat: plus quam debitum solveret: & cum totum sanguinis lytro solum & absolutum; dæmonem cogit restitueret chirographum; ut cruci affigeret, & debitum evanesceret: quo facta reconciliatio; atque in gratiam mediatoris prece & pretio, qui fuerat servus, restitutus est homo.

8 Deinde. *Chirographum decreti* (iuxta Theodoretum hic) *est corpus humanum, in quo infixa & quasi inscripta erant debita: id est, peccata*. Corpora nostra dicuntur animæ stolæ, quæ chirographi literis erant prorsum maculate; quousque vetus homo simul crucifixus est, ut destrueretur corpus peccati. Ibi destructum: etiam chirographum? Uti que. *Hi laverunt stolas suas* (ait Ioannes) *& dealbaverunt eas in sanguine Agni*. Dealbata stolæ, & sanguine? Nonne mancipatæ macula criminis servituti dæmonis? Sanè, sed hoc erat vetus homo, scripto syngropho, cuius litteræ deletæ, ubi cum Christo simul affixus est cruci: stolæque (quod chirographum) de albatz in fan-

Modus eius syngularis, ut hominem erue rei e pote state d'f manii.

M.Sen.

Theod.

Apoc. 7. 14.

guine Agni; quoniam non solum candor, quò prius litterarum horror; sed purum totum, quin possit legi ullum maculæ vestigium. Pridem homo primavè supplantatione non solum servus, imò servus litteratarum constaret cuius esset, cum in corpore chirographum servitutis portaret: cum chirographum Christum cruci affigeret, ita sanguine lavit; ut nec littera de servitute dæmonis appareret: etenim illa maculæ absterfa per sacrum pretiosum sanguinem; ut nil lumina in chirographo viderent nisi candorem. At hoc infra.

9 Mos inter Romanos ère alieno gravatos publicanos sequi, & hos nunquam domo exire sine his affeculis, & debito cum schedulis sive syngraphis, quæ gloriabantur creditores de illorum servitute gestientes: igitur ad manum, ni sequerentur, habebant in chirographis subscriptas obligationes: de quo queritur Cicero, 6. ad Attic. Epist. 2. dicens: *Publicanis in oculis sumus*. Tacitusque de Moribus German. cap. 29. *Manet bonus* (inquit) *& antiquæ societatis insigne: nam nec tributis contemnuntur, nec publicanis atterit: exempti oneribus, & collationibus*. Non secus contigit puero tradito dæmoni, sub chirographi obligatione, cum illum sequeretur tyrannum, quia habebat subditi syngrophum, ut cogeret in obsequium. Gravatus tanto pondere obratus sequi renuit. Creditor diabolus agrè inobedientiam tulit, nec fugiens iudicium; quia subiectionis dedititæ ostendebat testimonium. Instabat, Basilius verò fortiter resistebat. Ille litteratum servum, uti suum chirographo comprobavit: Basilius à servitute liberare contendit. Ius causæ apud diabolum erat. Quod verò in sospitatem Basilius cogitat? Privare dæmonem iure, ita ut ille dominum non valeret probare: quandoquidem dæmon nequibat servum compelli ad obsequium; cum non haberet servitutis chirographum. E manu eius Basilius extorsit, servumque libertate donavit: à liteque dæmon recessit confusus; quia non constabat, unde dici possit servus: chirographum scilicet minimè testabatur servitutem, quoniam Basilius potenter dirupit obligationem. Vernaculè: *Rompieronse los papeles, no probando el demonio en la demanda; porque Basilio le sacò la cedula*. Instabant Publicani Adrianum Imperatorem, ut debita solverentur fisco: at ille ad colligendam gratiam, summas remisit (refert Aelius Spartian. in eo) *syngraphis in foro D. Traiani, qua magis securitas omnibus roboraretur, incensis*. Ita obligationes de-

Ita Syngraphi nra expunxit, ut nec littera apparet.

Cicero.

Tacit.

Basilius, dum servus dæmonis in illum detrahit à diabolo.

Adrianus Imperator generosus.

Spartian.

voravit flammam, ut nec debitorum seiri valeret nomina. Unde liberi qui servi; quippe publicani non habebant, quo debita possent iure probare: & tanti debiti obligatione authentica, nec remaneret memoria. Alia, *Tautol. 7. D. 3. à n. 6.*

10 Dolo dæmonis in oraculo Delphico deceptus est Cræsus, simulque captivus factus, ac in vincula proiectus: ex quibus à Cyro libertate donatus; ut hoc petijt & anxie, compedes quæ vinculis, ad dæmonem mitti, suspendique in eius templo tantam donaria, ut allicientis in servitutem palam constaret panurgis: igitur ius, quòd ex corde averfaretur, quæ pridem maximo perè honore proferebatur. *Sic me gratum esse* (dixit apud Herodot. lib. 1. n. 26.) *erga eum, quem maxime omnium veneratus sum, ut misis ad eum his vinculis, percontor, nunquid ei fas sit, bene de ipso merentes decipere: misistque quosdam Lydos ut ante lignum templi vinula deponerent*. Altius sensit Basilius; dum per illum liberatus, qui dæmonis fuerat servus. *Diabolum chirographo exultantem superavit, subegit, & vincit spoliatus Principatus & Potestates*. Quid mirum? Iniecit compedes, quibus aditinerat hominem; tuncque duxit captivum captivitatem: equidem in notam doli, è collo diaboli pendebant diræ catenæ, sustinent sub Basilio servitutem; quippe ab homine infelici subtraxerat libertatem. Apposuit Tragicus in *Herculi Oreste*, ad v. 676.

Herodotus.

Ubi supra.

Basilius diaboli superavit, subegit, & vincit.

Basilius, dum servus dæmonis in illum detrahit à diabolo.

Seneca.

Ierem. 30. 32.

Manili.

Agron. 1. à v. 53.

Psal. 30. à 3.

syehius; *Diabolus contra me est semper*. Multa sunt executenda, ut in poteste Basiliij estulgurent mirabilia. Si iam impurum à macula iniquitatis absolvit; utquid hic optat quòd Basilius amplius lavet? Quid & quorsum illud *Amplius*? Crimen execrabile confessus. Iam erat pœnitentia per confessionem, & absolutionem mundus. Iam restituta gratia, sed diabolus chirographo stabat contra: & amplius petijt à Basilio compunctus; quippequam ad libertatem necessarium erat amplius: equidem veji libertati restituo non erit requies; quousque extorqueat Basilius à diabolo chirographum servitutis. Ideo dicitur: *Secundum multitudinem miserationum*. Miseri cordiè visa miseratione, ubi peccatoris anima educta, è inferiori inferno. Gratia in pietate erexit, dum fadus cum morte & inferno rupta. Non solum inauditis & libertas: amplius erat necessarium: Basiliusque elementia iurè multatudo dicitur miserationum; quoniam dum syngrophum sustulit, ne contra alverfaretur, diabolus impulit equidem quamvis servitutis intervenerat crimen, non habuit unde probaret ad causam iurisdictionem.

Hieronymus.

Quo die mente fuit, & etc.

12 Præterea. Deleri cepit criminis notat, aboleri exporat syngraphi literas. Deleta est obligationis scriptura: reusque insulit, & iterat, *Amplius lava*? Iam diabolus schedulam tradiderat, iam seindens & rescindens in minutissimas particulas Basilius fregerat. Quid ergo liber, qui fuerat servus, csiagit? *Superfuit effusus criminis, quibus oportet mederi. Non cont' nud' facti characteres* (inquit hic Lorin.) *deprete delentur; ita ut legi non possint*. Basilius crimen absolvit, quod constabat ex chirographo. In privationem iuris hocce extorsit à diabolo, comminuit, characteres deleuit; sed legi quibant, quippe maculæ absterfionis indicabant: amplioreaque locationem petijt, qui punctus corde peccatum cuiusque effectus agnoscit; quoniam Basilius sciebat virtutem, atque sanctitatis potestatem: igitur ita valebat scriptam reformare chirographum: ut cunctarum litterarum nec remaneret vestigium. Chrysol. hic: *Peccata* (ait) *in libro scripta. Amplius lava, Pustulat pristinum morum candorem*. Deletis maculis libri, signa adhuc remanent maculæ; quousque patet maculas fuisse, ampliusque desiderat lavamen, in libri plenum candorem; ut ab albedo sine litura videatur, praxitabat, antequam macularetur; & ita petitur à Basilio conscientia nitor; ut in illius libro pristinus splendat candor: etenim

Lorin.

Non solum ext' fit chirographum sed ab illis dele. uti quod scriptum.

Chrysol.

Felix patet, quicumque quos odit, premit, Et flammam pascit: nec felix sibi videtur, Nisi felices cecidisse videat. Sed factus umbrarum a ritute perit. *Vicium, vinculum oppressum trahit*. Ipsum catenis. Rupto carcere umbrarum De inferno triumphat. *Cecidit superbus & corrui*: igitur quæ libertatem oppressit in servitutem felicitis, peritule compedes. Basilius exactorem superavit, subegit, vinxit, atque vinculum ab inferno liberavit. *Inferni fudere rupto, Tenebris inmensum tartara natum, In lucem de nocte vocat, Vitæque sua radice ferente*. Aptatur presentî articulo, quod David optabat, dum iacebat sub peccato. *Secundum multitudinem miserationum tuarum* (inclamat pressus ad Numen) *dele iniquitatem meam, Amplius lava me ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me: quoniam iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meum contra me est semper*. Heu. Tom. VIII. Taut.

enim Basilij intercessione, virtute, potentia, Ita delentur, e libro crimina; quasi nunquam fuisset macula; quasi nil esset scriptum, nihil factum: Basilij quippe gratia, nec ulla apparet literarum nota.

13 Mulier quaedam penitens (referunt AA. qui supr.) ad illum pro criminum absolutione prostrata accessit, que sua peccata scripta legenda tradidit. Basilij legit, a cunctis absoluit, & ita delata; ut minime post apparuerint scripta: uno quidem excepto, ad cuius absolutionem, feminam remisit ad Abbatem Effrem. Hic illam auditam pro absolutione ad Basilium remisit, quem mortuum invenit; a quo remissionem poposcit, carthagine explicans, non invenit quod scriperat. Dixit enim: Vivo Pater, ignosce. Insigne portentum! Non solum pro illam remittitur peccatum; sed scriptum evanescit, quasi non esset commissum. Ad illum accedit penitens, peccata scribens. Peccatum illius in papyro quaeritur, ceterum non invenitur: etenim cum pro illis Basilij ploraret, & lachrymis, que volebat, a Numinis beneficentia obrineret; in signum plenae remissionis peccatorum; non poterat legi crimen quod erat scriptum. Iam opportunum quod supra insinnavimus, n. 4. Iuxta sacramentum ros super libros: Quod delibet ea que scripta sunt in his; quoniam non delentur ex alia aqua, nisi ex ea qua non servit unquam hominibus. Libri conscientie sunt, quibus inscripta peccata. Iuxta Basilij sacramentum meditante sunt posita. In libris scripta, sed non inventa; quippe illis rore lachrymarum, deterfam, dilutum, aboluit quicquid erat scriptum: ita ut penitente conante legere scripta peccata, scriptura nec vestigia. Mundi iam libri conscientie in quibus criminum litera. Lachrymis penitentium deformabant, sed adhuc litera in vestigia remanebant. Accedebat ros fletus Basilij, & nihil poterat legi: igitur peccatum, ita rore lachrymarum amore delentum, quasi non esset scriptum.

14 In symbolum huiusmodi tractus, iudicij insignis exponitur typus. Aspiciebam (inquit Daniel) donec throni positi sunt, & Antiquus dierum sedit. Testes nobiles & innumeri aderant. Millia millium assidebant. At quid? Iudicium sedit & libri aperti sunt. Nihil constat vel aperis conscientiarum libris iudicatum. Quorsum ergo iudicium apertum? Dilecti peccatores quomodo delicta evanescent. Nulla illorum nota, modo libri conscientiarum aperti: etenim scriptum macularum neque leve, si aperiantur ut decet, in confessione.

Iudicium enim de sceleribus scriptis aperitur; sed quia aperti, nihil legitur: prevenitur facies iudicis in confessione criminum: at cum iudicium iam factum, dum in iudicium de scriptis timetur pudor; apparet ibi conscientiarum candor. Equivoce dialecte nostra, sed vigilanter. Mediando veridicere confessionem; se ballan las libros de la consciencia en el otro tribunal, tan blancos como un papel. Iudicium sedi, libri aperti, sed sine iudicij fulmine: non exponitur in iudicium sententia, frustrata causa. Non in iudicium iudicium, si iudicandum abstersum: & licet libri aperiantur, que ibi scripta non leguntur; quippe que in confessione legebantur scripta, libris apertis inveniuntur sine macula. Usquequid tu leges Saul? Samuelem alloquitur Deus. Non pro se, sed pro peccatore plorat; & lachrymas amoris Numen nihil existimat? Ne. Petratum Saul scribitur in conspectu meo per omnes dies: dixisse aserit Philo Biblius, d. Samuelem non aperuit; imo excusavit. Clamfus erat liber conscientie, in quo criminum scripturae, que delentur confessione; pateat vel sub demonis servitute pertinacia Saulis, quin penitenter etiam lachrymis amoris: frustra que fletur, merito que damnatur; quia dum volumen conscientie laese in iudicium apertum, peccatum eius legebatur scriptum. Praet erat scriptum legebatur. Quod femina coram Basilio scriperat, nequaquam legitur. Aperuit Basilio librum conscientie, intervenientibus confessione & contritione; ut dum iudicium sederet, vindex iuxta scripta iudicaret: nihilque iudicet, dum mulier scripta extricat; equidem legi non potuit scriptum, quippe virtute Basilij crimen omnino delentum. Excepto uno, ex scriptis evanuerant cuncta crimina. Ut mortuum femina invenit minime ab illa desperata venia. Pater ignosce, dixit; & mortuo patre? Constat virtus potestatis Basilij. Ut penitentes adiuver, etiam si mortuus fuerit vivet; cuius virtutem demonstravit miraculum: igitur quod ipsa scriperat propria manu peccatum, stupens femina non invenit scriptum.

15 Scrutemur in delicatationem presentis articuli, quid iudicatum in praefata visione. Throni positi, sedente iudice; libri aperti sunt, sedente iudicium; cuius fulmen tantum in criminatorem. Aspiciebam (subdit Daniel) & vidi, quoniam interfecta esset bestia. Bestia demon hominum seductor indicatur. Iudicium sedet ut homines iuxta scripta iudicentur. Si adversus hos iudicium, quomodo damnatur de-

Amphilo-

P'salm.

Phil. Bibl.

Lachry-

Daniel

Yerf. 10

Ore con-

Quomo- do Bas- ilij cri- minosus diaboli

Amphilo-

Gregor. Nazian.

Ovid.

Miracu- lum in- signe.

Luc. 7- 49.

Ioann. 8 28.

mon? Quia dum ab illo accusantur, cuncta criminationes evanuerunt: aequidem iuxta scripta in eos imploratur iudicium promptum; aperitque libris, nil legebatur scriptum: in demonemque totius iudicij re torquebatur rigor: quia in causis scriptis inventus est calumniator. Diabolus illi ludibrium: ait de Basilio, Auctor praecit. Floruit utique in ludibrium diaboli. Hic accusavit & turgide reos, quippe catenis criminum habebat tyrannice subditos. Iuxta scripta iudicium exposcit, iudicium sedet, sed ille damnatur, ubi in reos farentur invenitur: igitur virtute Basilij, nec corpus inventum causa, quamvis libri sunt aperti. Ad protectionem viri, rapuit e manu demonis sigillatum chirographum: adversus feminam nihil invenitur scriptum: damnaturque bestia, quia evanuerant acta: demone ludibrio Basilij facto, in ipso a se petito iudicio; quoniam cum flagicia exposcit, non habebat quo probaret. Clamavit excellentia virtutis, ubi syngraphum rapuit de potestate damonis; at illuente miraculum, quum scriptum in scheda non apparuit scriptum. Tum vero (inquit Gregor. Nazianzen. Orat. 29.) miraculum omnium, que unquam fuerunt, celebrissimum designatur. Nec enim ita nos reliquit, ut prorsus reliquerit: ille quidem in oculis est: illic etiam preces fundit. Magnus in vita, sed in morte maior. Magnus dum vivens criminum scripta delens: maior, quia eius potestate; etiam post mortem quod scriptum non apparuit, diabolum, habens in ludibrium etiam mortuus; quoniam vita defecerat, sed non virtus.

Tunc quoque metuendus erat: cinis ipse sepulsi In genus hoc servit: tumo o quoque sensimus hostem.

Hinc demon stridet, dum Basilius fato functus etiam potestate floret. Vita eius ostendit potestatis magnitudinem, ut in obitu experiretur maiorem: igitur si miraculum factum singulari virtute; maius ad excellentiam miraculi, quod maior esset virtus in ipsa morte. Ubi est mors victoria tua?

16 De Salvatore, cum mulierem de peccatis absolveret, dixerunt, qui simul erant: Quis est hic, qui etiam peccata dimittit? Maiora in potentum insignis videbuntur; ut eluceat, Quis sit hic. Hinc ille illis dixit: Cum exultaveritis filium hominis, tunc cognoscetis, quia ego sum: idest, Quis ego sum: equidem si magnam iudicatur, in vita peccata dimittere; eximium plane, in morte cuncta delere. Cuncta penitentibus dimiserat peccata, uno excepto,

nimirum originali permanente noxa: & hoc evanuit? Summa potestate, & summa virtute in cruce: fat cum peccatum non remissum remittit cognatum plane quis esset. Vidimus ex Paulo, num. 6. Conviscaveris, donant omnia delicta, delens quod adversus nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, & ipsum tulit de medio assurgens illud cruci, expoliavit Principatus & potestates. Necdum expoliaverat Principatus & Potestates, idest litigatorum demones in causa hominis; quippe licet, ab aliquibus vivens iugum exculerat, adhuc restabat quid remittendum in gaula: non enim esset redemptio plena; si e syngrapho delerentur omnia delicta. An cruci fig. nis deluit, demonem post mortem e tyrannide expoliavit; quia dum in hominem ostenderetur chirographum, appareret quid scriptum. Unum non absolvit, ad crucem remisit, ut ibi aperiretur, scheda explicata, quid diceret scriptura. Iam erat mortuus in cruce, sed predigiam singulari: non enim apparuit peccatum scriptum, quod restabat remittendum; indicante potestate & potestatis virtutem: equidem si magnam, vivente illo peccata scripta evanescere; maius fuit, quam mortuus iam videbatur in cruce: igitur illud unum mortuus in cruce remittente, quod in vita non deleverat: factaque est plena redemptio, & potestatis infernalis expulso sine signaculis invento chirographo; quoniam ut homini amissa restitueretur gratia, post mortem Redemptor donavit omnia delicta: in illa etenim indulgens generosissime donat, quod in vita non pepercit. Totum quadrat ad unguem, ut Basilij demiremur potestatem.

17 Omnia peccata iustorum Christis dimiserat, unum tantum illaque in mortem sine absolutione reservaverat; nempe eustum ex originali peccato, qua de causa cecis clausis, decinebantur in Limbo. Adhuc in chirographo legebatur scriptum; quippe quam necdum delentum. Potestas insignis, in vita remittente peccata, quia cognoscerent, quis esset. Cum viderunt ad mortem in cruce exaltatum, quid esset, cognitum: equidem ut cuncta deleret (etiam peccatum, quod ante mortem abtergere noluit) & in plenam liberatam regna caelestia aperiret; Limbi catenas contrivit & vinctos ferreos reos confregit. Exierunt libere post mortem Salvatoris, in caelum; ubi iam nullius scripti peccati inveniebatur vestigium. Arbitror recidit post mortem laeus eius apertum lancea, e cuius vulnere mirandae erecta Eccle-

Colof.

Morte Christi omnia delicta de-

Pleca in cruce ex mort. redemptio.

P'salm.

Ioann. 19. 2. 13

Basilii Magni in vita, maior in morte

Quare in morte vita eius apparuit

Gregor. Magni

Ecclesia. Cum viderunt eum iam mortuum; unus militum lancea latus eius aperuit, & continuo exivit sanguis & aqua. Sanguis in hytrum, aqua in lavaerum; an post mortem aliquid videretur scriptum. Nec naves inventas dum factum post mortem vulnus. Verum quo intuitu vulnus post mortem? Ut ostenderet, qua maligni ignorabant potestatem. Vulnus in cadavere, non obducitur: semper apertum: & latus Christi aperitur, quamvis iam viderunt mortuum; ut cognoscerent quis esset mortuus, & in virtute quam magnus: igitur plusquam magnus coruscabat, qui etiam post mortem peccata scripta delebat.

18. Non extra Basilii virtutem tanti miracula specimen. Vixebat, cum esset mortuus; quia mortuus erat, dum vigebar vitalis habitus. Vivens, sed dumtaxat in celestem paradisum; vita eius abscondita cum Christo in Deum. In morte vitalitas apparuit, quam vita abscondit. Mortuus sane, sed mortui specie, viva radice. Est Basilii ex illis, qui sic celestia appetunt (ut utat Gregor. Magni, verbis, 8. in Job, cap. 15.) ut tamen a terrenorum spe minime frangan- tur. Largita divitiis patrimonii, ad ne- cessitates suscipiendum possident, honores sibi temporaliter impensas retinent, aliena non ambiunt, suis licite utuntur: qui tamen ab eisdem rebus, quas habent, alieni sunt; quia ad hac ipsa que possident, ex desiderio non tenentur: & sunt nonnulli infortium, qui ad comprehendendum culmen perfectionis, dum altiora interiori appetunt; exterius cuncta

relinquunt. Qui rebus se habitis nudant, gloria honoris expoliant: qui internorum desiderio per assiduitatem se antea miororis afficiunt, habere de exterioribus consolati- onem nolunt: qui internis gaudiis dum mente appropriant; vitam in secundis cor- pora delectationis necant. De talibus Pau- lus: Mortui enim estis, & vita vestra ab- scondita cum Christo in Deo. Hec vita, hęc mors Basilii, cuius funeris (qui fecerat vitę Nazianzen. d. describit apparatus; ut post mortem eius de Iuliano Apostata de- monstraret triumphum. Victor mortuus est Traianus, sed post mortem concessus ei hon- or victori debitus. Imaginem Traiani cur- su triumphali vexit successor Adrianus; ut optinus Imperator ne post mortem quidem triumphi amitteret gloriam: subdit Aelius Spartian. d. Haud fecit visum in Basilio, de quo late Sarius & Amphilocho Iulianum vicit, de illoque mortuus triumphavit; ut cuncti Basilii demirarentur singularem potestatis magnitudinem; dum ei concessus triumphus etiam post mortem, ac in fere- tro veneratione collocante imaginem. Mortuus est. Gaudebat vita celestis. Mortuus est, ut luceret quis & quantus, & in quo. Mortuus est, ut ipsa morte inter mortales pateret vixisse in carne. Unde Cyrus Theo- dor. apud Niceam in Orat. 20. Nazianzen. accinit: Ut carne casto vita decursa est tibi, cum ni- Ut carne recto clausus est vita dies. Ni te attigisset mortis atra spiculum, Non visus essem molis huius particeps.

El. Spartian

Post mor- tem triu- phat.

Cyri Theodor.



TAU-

TAUTOLOGIA TERTIA.

Relinquetur parvus & modicos, nequaquam multus; Isai. 16. vers. 14.

EXPOSITIO LITTERÆ.

U Nde aliquando iniuria, nonnumquam perfidia sub amicitia larva: etenim species obsequi vulnere aut vomica cordis, tantum amicitia species. Sequimur, & fugimus: dixit Scythia Alexandro. Curt. lib. 7. cap. 8. Illo- rum dexteritas, fuga veloci eiaculare sagittas: patet amicitia in fide à fidei credita, sed vulnerato à fiducia; dum quarit anxius opem, & manum in amico auxiliatricem: siqui- dem fallax sequentem perfide fugit, & sagittis retrò cædit.

Multis enim mortalium

Infidelis est amicitia portus.

Inquit Sophocl. in Aiac. v. 677. In forte larva, fausta profectò infelicitum, invenite tabu- lam post naufragium: verum summa extremaque calamitas in fortunio, natantem per- ire in portu. Haud aliter uvenit filijs Israël, fugientibus in Moab, vexationes obli- dionum Regum Allur, & Nabuchodonosor: equidem currentes in amicos, officijs sæpe dignatos, iuvenunt attriti crudeliores hostibus. Mors gravior sub pace latet in pœnas. Quis pace feret in amore repulsa?

Quis iam solatia fesso

Consiliumve ferat? Socius suspensor hoste.

Heu! quibus insidijs, qua me circumdedit arte?

Retulit hostiles animos, dum parcere fingit:

Atque utinam cunctos licuisse perdere bello!

Retulit hostiles animos. Prob fœdera sevo

Deterora iugo! Melius mucrone perirent

Aufirret, ne mihi luctu leviore sodales

Victa manus, quam lesa fides. Nullusne clientum

Permanet? Insensu comites, odere propinqui.

Quia muror invisam lucem? Qua sede recondam

Naufragij fragmenta mei?

2. Aptè cadunt carmina Claudiani in Panegy. de 6. Honor. consul. à v. 300. Moabi- te ergo Israëlitarum sequebantur fortunam; ceterum victis illis, subiugatoris victoriam. Quare non solum in angustia federati fugerunt amicos, qui fugiebant hostes sed perie- mbant fugientes in obsequium victoris, ut eius inirent gratiam, in quæstum vulnerantes amicitiam: imò ostentates animum misericordem, currentes uti in asyla; premebant in servitutem, divitijs cumulatis, ex fœderatis venundatis. Unde Moab quos numquam vicit,

Amicitia fallacis imagine cepit.

Quin cognosceret per abominabilem dedecorosam perfidiam, graviozem sibi elaborare catenam. Monuit Isaias v. 3. Ini consilium, coge consilium: pone quasi noctem umbram tuam (protectionem, quasi umbraculum) in meridie. Absconde fugientes, & vagos ne pro- das. Noluit, sed insidiosus se gessit. Iccirò ululabit ad Moab ad Moab: universus ululabit. v. 7. quandquidem in eadem angustia non habebit, quò se vertat. Senec. in Thyest. v. 11.

Sæpe in magistrum scelerum redierunt sua.

Fuere fœdistragi in focios, crudellissimi in inimicos, ut ostendit articulus exhumatio- nis Regis Idumæ, qui focios, Regum Iuda & Israël, subiugavit simul regnum Moab (de quo 4. Reg. 3. à 20.) quorum de inhumanitate altè queritur Dominus per Amos, 2. 1. Hęc dicit Dominus; Super tribus fœderibus Moab, & super quartum non convertam eum idest

Perfidia sub amicitia specie.

Sophocl.

Ferentur sub oculis fa- cie, sed agerunt.

Claud.

Ovid. 7. Met. fab 4

Sere eodem ingenio lu- antur.

Senec.